

(legitur lib. 2. cap. 14. §. 12.) *tandem, quae post hanc Missam solemniter cantari debent*: quae verba, ut quisque facili negotio videt, praeceptum important adeoque consuetudinem omnem contrariam excludunt. Quod si praeceptum juxta Rubricam non est, ubi nam, quaeso, Rubrica praeceptum exhibebit, aut quando Rubricae servari poterint? Idem dicas de omnibus consuetudinibus, quae si sint hujusmodi, neque umquam poterunt praescribere, ac nullo umquam tempore erunt admittendae.

Ad dubium: In Matut. ss. noctis Nativitatis D. an debeant praecintonari antiphonae?

S. C. resp.: Affirmative.

Die 7. Sept. 1861.

9) Praefatio infra octav. Nativ. Dom.

Vd.: *Praefatio*.

10) Vigilia.

Ad dubium: Vigilia Nativit. Dom. occurrente in Dominica, de quo dicendae sunt vesperae pridiana, cum sequenti die nihil fiat de dominica; si etiam nullum festum dupl. vel semidupl. ex Dioecesano praecedat, sed tantum Officium quatuor temporum?

S. C. resp.: Vesperae fiunt de Sabb. et a cap. de dom. IV. Adventus. n. 3664 ad 8 die 22. Sept. 1703.

In vigiliis Nativitatis Domini dicendum est in missa *Credo*, dum incidunt in Dominicam. n. 4526 ad 30 die 7. Sept. 1816.

NATIVITAS B. V. M.

Vd.: *Exaltatio s. crucis* (decr. n. 4444); *Festum ss. Nom. B. V. M.*

NATIVITAS S. JOANN. B.

Vd.: *Octava Corp. Chr.* (Officia infra octavam Corp. Chr.); *Octava (dies octava) Corp. Chr.* (decr. n. 4487.).

Festum Nativitatis s. Joann. B. celebrari debere die 24. Junii, nec posse anticipari et Episcopus (Dioeces. Nepe-sinae) incumbat pro executione. n. 3913 die 10. Sept. 1718.

NAVICULA.

1) Assistens porrig. Episcopo.

Vd.: *Assistens*; *Thurifer.*; *Incensum*.

Episcopus (*ante accessum e sacello ad altare majus*) ministrante Presbytero assist. naviculam imponit et benedicit thus. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 23.

Interim (dum Diaconus dicit *Mundacor*) accedit Acolythus ad Episcopum cum thuribulo et navicula et ministrante illam Presbytero ass. Episcopus imponit ... incensum. *Ibid.* n. 43.

Episcopus (*finita missa in Coena D. ante process.*) ad sedem imponit incensum in duo thuribula ministrante (naviculam) Presbytero assistente ut alias. *Caer. Ep.* l. II. c. XXIII. n. 11.

Cum solita benedictione Episcopus aspergit palmas et thurificat ministrante presbytero assistente. — Finita Benedictione (palmarum) Episcopus ponit thus in thuribulum, ministrantibus presbytero ass. et Acolytho. *Ibid.* c. XXI. n. 5, 8.

Episcopus (*in Parasc. ad altare SSmi*) imponit incensum ministrante presbytero assist. *Ibid.* c. XXV. n. 31; c. XXVI. n. 14. Deposito velo (ad altare majus) Episcopus imponit thus ministrante presbytero ass. *Ibid.* n. 32. Episcopus imp. (ad Offer. missae praes. in Parasc.) incensum ministrante Presbytero ass. *Ibid.* c. XXV. n. 33; c. XXVI. n. 17.

Finita benedictione candelarum Episcopus ministrante naviculam Presbytero assist. parato imponit incensum. *Ibid.* l. II. c. XVI. n. 8.

Finita *distributione candelarum* et cantata oratione Episcopus imponit incensum ministrantibus Presbytero assistente et Acolytho. *Ibid.* n. 14.

Finita missa *in festo Corp. Chr.* Episcopus ad sedem imponit thus ministrante Presbytero assistente naviculam. *Ibid.* l. II. c. XXXIII. n. 19.

Deposito velo (finita process.) Episcopus imponit thus ... Presbytero ass. ministrante naviculam. *Ibid.* n. 26.

Episcopus benedicit ignem et imponit thus in thuribulum ministrante Presbytero ass. *Ibid.* c. XXVII. n. 3.

2) Diacon. missae porrigit.

Vd.: *Diaconus*; *Incensum*; *Oscul.* (Modus etc.).

Finita confessione (et osculato libro Evang.) porrigit Diaconus Episcopo naviculam, qui imponit et benedicit thus. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 34.

Ministrante Diacono naviculam imponit Episcopus thus (ad Offer.) *Ibid.* n. 64.

Si Episcopus celebrans est apud altare, Diaconus Evangelii accipit de manu Acolythi naviculam semiapertam et cochlear in ea existens, cum osculo cochlearis et manus Episcopi et offert eam Episcopo dicens: *Benedicite, Pater Reverendiss.* *Ibid.* l. I. c. XXIII. n. 1.

SS. NEREUS ET ACHILLEUS.

(Festum transl.)

Ad dubium: an, quando extra tempus pasch. transfertur festum ss. mm. Nerei et Achillei, dicenda sit missa ut in festo ss. Marci et Marcellini vel ss. Joannis et Pauli vel saltem Graduale et *ŷ.*: *Haec est vera etc.*? S. C. resp.: Affirmative et desumantur Epistola et Graduale, ut in festo ss. Gervasii et Prot. et cum *ŷ.*: *Haec est*

vera Fraternitas etc. n. 3754 ad 7 die 25. Sept. 1706. *In una Urbis.*

S. NICOLAUS DE TOLLENTINO.

De Imagine vd.: *Imago* (expositio; decr. Urbani VIII. de die 23. Jun. 1638.)

Sixtus PP. V.

Hac praesenti nostra constitutione mandamus, ut S. Nicolai C. de Tol. dies festus quarto Idus Septb. agatur, duplicique posthac et proprio, et ubi propria non erunt, de comm. c. non p. officio per cunctas totius christianae Orbis ecclesias singulis annis perpetuis futuris temporibus celebretur et in Calend. rom. cum duplicis festi adjectione inscribatur. Sicubi vero festus s. Nicolai dies ex fidelium devotione seu consuetudine praecceptorum aut indulto ap. majori aliqua celebrari consueverit observantia, ea omnino ibidem retineatur.

Romae die 23. Decb. 1585.

(Bull. r. t. II. p. 552.)

De ejus Canonisatione et fixatione festi in diem 10. Septbr. vd.: *Constitutio Eugenii IV. die 1. Febr. 1447* in Bull. rom. t. I. p. 353.

S. NICOMEDIS.

(Festum transl.)

Burgi S. Domnini.

Quum Rmus Episc. Burgi S. Domnini a S. R. C. humillime Indultum rogarit, cujus vigore a suo Clero Saeculari et Regulari Dioecesano Calendario utente Officium Translationis S. Nicomedis Mart. Calendis Julii recitari queat, Emi et Rmi P. Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Quirinale subsignata die coadunati in Ordinariis Comitibus rescribendum censuerunt: Officium Translationis conceditur in loco,

benedictio nuptiarum in missali praescripta inter missam, extra ipsam missam ut plurimum impertitur, quaeritur: utrum liceat hunc ritum a Missa abstrahere et quatenus negative, utrum Episcopis et Parochis jus sit adigendi Sponsos ad benedictionem in missae celebratione recipiendam?

S. C. resp.: Nihil obstat quoad primam partem, negative quoad secundam. n. 4840 ad 2 die 1. Sept. 1838.

Limburgen.

Reverentissimus Limburgen. Episcopus SSmum D. N. Pium IX. P. M. humillimis precibus adiens sequentium Dubiorum declarationem rogavit, nimirum:

1. Quum ex S. R. C. Decreto diei 1. Sept. 1838 in Eichstaden. benedictio Nuptiarum, quod frequentissimum etiam in hac Limburgensi Dioecesi est, a Missa abstrahi licite possit, et Sponsi ad benedictionem in Missae celebratione recipiendam adigi non debeant, quaeritur: utrum, si eandem benedictionem a Missa abstrahi, et tardioribus diei horis cum ritu celebrandi Matrimonii conjunctam impertiri, de mane tamen petentibus Sponsis Missam celebrari contingat, votiva pro Sponso et Sponsa cum iisdem privilegiis ac alias sumi valeat, an vero et in ipsis etiam votivas admittentibus diebus, Missa currens aut alia, exclusa Missa pro Sponso et Sponsa, cui forte abstracta benedictione locus amplius non sit, dici debeat?

2. Quum Agenda Limburgensis anno 1838 sub Praedecessore meo edita benedicendi Matrimonii ritum duplicem exhibeat, quem in Pagella adnexa videre licet, quaeritur: utrum quoties benedictionem ut supra a Missa abstrahere contingat, hunc Agenda ritum retinere liceat, an vero ritum Missae pro Sponso et Sponsa inser-

tum, etiam extra Missam omnino adhibere oporteat?

3. Denique in hac Dioecesi, sicut in pluribus Germaniae, tempore Feriarum non solum Nuptiarum solemnitates, sed ipsae etiam Nuptiae ex consuetudine prohibentur, nisi adsit dispensatio Episcopi. Hanc dispensationem ab Episcopo auctoritate ordinaria concedi posse, dummodo adsint causae sufficientes, certe in dubium vocari nequit, quum de sola consuetudine particulari agatur. Quaeritur autem: an Episcopus in casibus particularibus et ob rationabiles et graves causas etiam in hoc dispensare possit, ut secluso quidem semper alio quocumque apparatu ac strepitu nuptiarum benedictio tamen solemniter more debito adhibeatur? Quum enim in re Auctorum et etiam gravissimorum non una sit sententia: affirmantibus siquidem quibusdam alii id omnino denegant; ad dubietatem omnem eliminandam Apostolicae hujus S. Sedis declaratio exquiritur.

Sanctitas Sua super requisitis a Rmo Episcopo Oratore, audita a subscripto S. R. C. Pro-Secretario relatione fidei, mandavit ut Dubiis ipsis juxta Mentem Suam et alias decreta responsa darentur, nimirum:

Ad 1.: „Juxta Decretum Urbis et Orbis latum die 20. Dec. 1783 Missa in Nuptiis semper debet esse votiva pro Sponso et Sponsa ut in Missali, praeterquam in Festis de praecepto et Duplicibus I. et II. Cl., in quibus Missae occurrenti addenda est commemoratio pro Sponso et Sponsa. In ea vero assignata Benedictio juxta Rubricas non est impertienda nisi in Missa.“

Ad 2.: „Provisum in praecedenti, et quando impertienda est Benedictio, omnino servetur Rubrica Missalis. Quoad specialem benedictionis formulam extra Missam, *Relatum*.“

Ad 3.: „In casu nuptiae celebrentur sine solemnitate, ideoque privatim sine Missa et Benedictione temporibus prohibitis.“

N. 5190. Die 23. Junii 1853.

Benedictio Contrahentium Matrimonia non est facienda a Parocho extra Ecclesiam sed in Ecclesia. S. C. C. 17. Apr. 1649.

Benedictio Nuptiarum non potest fieri nisi inter Missarum solemnitas. S. C. C. 13. Julii 1630.

2) Promulgatio.

Denuntiationes matrimonii fieri possunt temporibus prohibitis nuptias celebrare. S. C. Ep. et Reg. 18. Dec. 1589.

In Ecclesia, quae simul parochialis est et collegiata, denuntiationes matrimoniorum et Ordinandorum aliaque similes functiones parochiales arbitrio parochi fieri possunt vel in missa paroch. vel convent., quando pro utraque habet concursus populi. S. C. C. 8. Julii 1724.

Denuntiationes matrimoniales ex justa causa possunt etiam fieri diebus

festivis, dum cantantur vesperae. S. C. C. 25. Oct. 1586.

Non potest parochus in ecclesiis Monialium Ordinario subjectarum matrimoniales denuntiationes facere. S. C. C. 23. Aug. 1727.

De promulgat. ineund. matrimoniorum et de earum dispensationibus, vd.: *Bullam Bened. XIV.* die 18. Maii 1743. (Bull. r. t. XVI. p. 161. X. etc.)

3) Secundae.

Vd.: *Bened. annuli Nupt. secund.*

4) Tempus vetitum.

Ad dubium: An concessa per Episcopum licentia contrahendi matrimonium temporibus a s. Concilio vetitis, in iis locis, in quibus dispositio ejusdem Concilii ad ipsum quoque matrimonii contractum reperitur a consuetudine extensa, intelligatur permissa traductio sponsae seu uxoris ad domum viri?

S. C. C. resp.: Affirmative, dummodo traductio fiat absque solemnitate. Die 10. Junii 1684.

0.

brante ad Offertorium; extra vero Missarum solemnitas a prima Dignitate vel digniore Ecclesiae presbytero praesente. n. 1865 die 26. Jan. 1658.

Usus oblationum in Missis nostris temporibus non habet Ecclesia rom., nisi in consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, ordinationibus et similibus. n. 2345 ad 18 die 31. (Julii) 1665.

OBLATA.

(Incens.)

Vd.: *Parasceve* (oblata).

OBLATIO.

1) Infra missam.

Oblationes Intortitorum et Calicis apud altare accipiendas esse a Cele-

ubi facta fuit Translatio, cujus memoria per illud Officium recolitur: ac proinde in casu negative.

N. 4864. Die 3. Aug. 1839.

NOBIS QUOQUE PECCATORIBUS.

Ad dubium: Certum est in oratione: *Nobis quoque peccatoribus etc.* intra Missae Canonem, nonnisi tria ista verba clara voce esse dicenda, idque aperte innuit tum rubricae generales cap. XVI. n. 1., tum ritus servandus in celebratione Missae c. IX. n. 3., ubi ita praescribitur: *Quum dicit (sacerdos): Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantulum elevat et prosequitur secreto: famulis tuis etc.* Sed quum accurata isthaec distinctio inter verba secreto aut elata voce dicenda desideratur in rubrica Ordinis Missae absolute praescribente: *Manu dextera percutit sibi pectus, elata parum voce dicens: Nobis quoque peccatoribus famulis tuis etc.* Quaeritur: an ad clariorem hanc postremam rubricam reddendam post verba: *Nobis quoque peccatoribus*, addi possit intra parentheses brevis haec adnotatio: *Et prosequitur secreto?*

S. C. R. resp: Non expedire.
Die 25. Sept. 1860.

NOCTURNUM.

Quod Noct. est recitand. in Annivers. def.? vd.: *Off. Def.; Invitat. in Anniversario; Annivers.* (quod est? de cr. n. 5221.)

Quando in annivers. ex consuetudine unum tantum Nocturnum recitatur, tunc neque Invitatorium dicendum est, nec antiphonae duplicandae nec preces in fine Laudum sunt omit-tendae. S. R. C. 31. Maii 1817; 11. Apr. 1840.

Diebus dupl., quibus prohibetur missa priy. de Req., cantari potest Nocturn.

pro Def. et deinde missa de die celebrari. S. R. C. 7. Sept. 1850.

Expositum est S. R. C. in funeral. et anniversariis nocturni pro def. recitationem praetermitti, non obstantibus decretis. S. R. C. resp.: Ordinario scribi, qui mandet impleri decreta S. C. et transgressores poenas irremissibiliter exequatur. Die 23. Decbr. 1662.

NOMEN.

1) Defuncti in missa et Officio exprimendum.

Vd.: *Officium def. (orat.).*

2) Episcopi exprimendum in Canone.

Vd.: *Canon.*

3) Imperatoris romani in fer. VI. Parasc. et in Praeconio.

Vd.: *Missale (correctio, decreta inserenda etc.); Oratio pro imperat.*

4) Imperatr. Reginae Mariae Theresiae et ejus Conjugis et legitimorum Successorum in Canone exprimendum.

Clemens PP. XIII.

Charissimae in Christo filiae Mariae Theresiae Hungariae Reginae etc.

Flagitavit jam pridem Nobis V. Fr. Viennae in Austria Archiep. Christophorus, ut in Canone missae post mentionem factam Rom. Pontificis et Dioec. Antistitis Nomen Tuum nuncupari permetteremus et una simul carissimi Conjugis Tui Francisci in Romanorum Imperatorem electi atque id ipsum legitimis in utroque Regno successionebus Tuis concederemus. Haesimus diu atque substitimus, quia res gravissima ac nova videbatur; sed quum idem V. Fr. postmodum renunciavisset, consuetudinem hanc nominandi Reges ab antiquissimo tempore,

cujus originis memoria non est, tam in Hungaria quam in Bohemia obtinere, tum animadvertimus, rem non esse de novo privilegio largiendo sed de veteri potius in reliquis Majestatis Tuae Imperio subjectas regiones extendendo. Propterea consuetudinem, quae obtinet in Hungaria et Bohemia, Nominis Tui in Canone Missae recitandi ratam habemus et approbamus atque ut nomini Tuo superaddatur nomen charissimi in Christo filii Nostri Francisci Conjugis Tui ac regiminis socii de novo largimur, atque concedimus, utque id ipsum fieri posset in aliis Archiducibus, Ducibus, provinciis et locis ad Dominium Tuum pertinentibus, ita ut post mentionem factam Rom. Pontificis et Episcopi Dioec. in eodem Canone haec praescripta verba: „*et pro Regina Nostra Mar. Ther. et Francisco in Romanorum Imperatorem electo ejus conjuge et socio regiminis*“ permittimus et indulgemus.

Praeterea futuris temporibus, ut legitimi Successores Tui in praedictis Hungariae et Bohemiae Regnis sive masculi sive foeminae, dummodo coelesti benedictione et s. unctione juxta consuetas caeremonias ut Reges ac Domini sive ut Reginae ac Dominae inaugurati vel inauguratae fuerint, non tam in iisdem Regnis superius memoratis, quam in aliis provinciis, urbibus ac locis eorum Dominationi pleno jure subjectis, nullo tamen addito conjugis nomine, si quem vel quam habuerint, quod Majestati Tuae et augustissimo conjugii Tuo socio regiminis specialissimum volumus, per haec tantum verba: „*Pro Rege Nostro*“, si fuerit masculus, „*Pro Regina Nostra*“, si fuerit foemina, in eodem canone missae nominari possint perpetuo concedimus et indulgemus, quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae die 5. Maii 1761.

Decreta authentica Tom. II.

Universis Hungariae, Bohemiae et Austriacae Archiep., Episcopis etc. hujus indulti comittitur Exequutio per specialem Bullam.

(Bull. r. Continuatio t. II. p. 108. Ed. Rom. 1837.)

SS. NOMEN.

1) Jesu Christi.

Vd.: *Festum ss. Nominis Jesu; Lytan. ss. Nom. J.*

Indulgentiae pro Confrat. SS. Nom. Jesu, vd.: *Constitutio Bened. XIII. die 19. Jan. 1726. (Bull. r. t. XIII. p. 204.)*

2) B. V. Mariae.

Vd.: *Festum ss. Nom. B. V. M.*

NON INTRES IN JUDICIUM etc.

Nihil mutandum in hac oratione, vd.: *Absolutio Mort. (Ritus).*

NOVENA.

1) Nativitatis D. cum expos. SSmi.

In Oratorio Confratern. S. Rosarii Burgi peragi valet Novena Nativitatis Jesu Chr. cum exposit. Venerabilis de licentia Episcopi. N. 3910 ad 6 die 9. Julii 1718.

2) Alicujus Sancti.

Cf.: *Missae vot. de Sancto; Credo.*

Ad dubia: 1) Apud Regulares Dioec. Panorm. jam consuetudo inolevit praevieniendi festum eorum fundatoris per novem praecedentes dies, quam novenam vocant. Quenam missa canenda sit in tali novena, si in ea dupl. per annum, dupl. maj. 1. vel 2. cl. aut dominica occurrerit?

2) An in missa, quae hac in novena celebratur, vel sit de Sancto, cujus solemne festum praevenerit, vel de festo occurrente, possit ex hoc

praecise capite, nempe, quod talis novena solemnizatur, dici Gloria et Credo?

S. C. resp.: Assertas missas novendiales esse votivas et in illis servandas esse rubricas Missalis. n. 3232 ad 5 et 6 die 2. Sept. 1690.

NOVITIATUS.

Vd.: *Votum Regul.*

NUNDINAE.

De Nund. et Mercatu in festis diebus, vd.: Constit. Bened. XIV. die 5. Novbr. 1745. (Bull. r. t. XVI. p. 328). De Nundinis ante Ecclesias, vd.: Licentia celebrandi (decr. Andrien.).

Cf.: *Vacatio ab operibus; Missa (oblig. audiendi).*

Pius PP. VI.

V. Fr. Rocho Mar. Episcopo Pisaurensi.

Gravia quidem sunt et non parvo moerore lugenda scandala, quae ex suborta corruptela in hac tua dioecesi celebrandi in diebus festis et praecipue in diebus dominicis publicas nundinas ac mercatus Fraternitas tua evenire Nobis significat: siquidem cum idcirco in diebus festis ab opere humano cessandum sit, ut liberius ad ecclesiam ire, psalmis et hymnis ac canticis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis sanctorum communicare, ad incitationem eorum assurgere, eloquiis divinis intendere, eleemosynas indigentibus ministrare valeat christianus, nulli e contrario Christifideles spe lucri illusi ac nimium, quam par est, negotiosi, quoties nundinae aut mercatus in hisce diebus habeantur, quae sua ac hujus saeculi sunt dumtaxat quaerentes, vix aut ne vix quidem ecclesiam adeunt divinoque sacrificio adstant, tantum abest, ut Dei verbum attente quoque ore audire ecclesias frequentare, conscientiam mundare, Deo laudes persolvere aliasque salutare excitationes obire curent.

Nos non latet felicitis recordationis Benedictum PP. XIV. praedecessorem Nostrum per suas literas archiepiscopis et ordinariis ditionis ecclesiasticae directas die quinta Novembris 1744 datas districte quidem mercatus in diebus festis prohibuisse, sed sub certis tunc expressis conditionibus nundinarum celebrationem tollerasse aliosque decessores Nostros aliquibus populis peccularibus literis id indulsisse.

Verum cum ex hujusmodi indulgentia ac facilitate nimis ultra processerit corruptela, quod in populorum commodum fuerat concessum, in hac tua dioecesi in apertum ac intollerabilem dierum festorum contemptum collapsum sit, huic precibus tuis Nobis hisce desuper porrectis saluberrimas sanctiones, quibus Ecclesia celebrandarum nundinarum in diebus festis ab usum tollere jugiter studuit, ad illarum pristinam observantium revocantes, Fraternitati tuae per praesentes edicimus ac mandamus, ne in dioecesi tuae urbe, oppidis ac locis, non obstante quavis consuetudine etiam immemorabili, nundinas celebrari in diebus festis patiaris. Quodcirca tibi, de cujus prudentia, fide ac religionis zelo plurimum in Domino confidimus, omnem et quamcumque necessariam et opportunam ad hujusmodi ab usum tollendum, ac circa ea, quae ad harum praesentium Nostrarum literarum executionem pertinent, faciendi, gerendi, dicendi et exequendi ac exequi mandandi, ea, quae pro eorundem praesentium exequutione componere, constituere ac decernere in Domino salubriter expedire conspexeris, plenam et amplam facultatem motu, scientia, auctoritate et tenore praedictis tribuimus et impertimus. Mandantes propterea omnibus et singulis hominibus civitatis, oppidorum ac locorum praedictorum aliisque, ad quos spectat et in futurum quomodolibet

spectabit, ut tibi in omnibus et singulis praemissis prompte pareant et obsequantur tuaque mandata humiliter suscipiant et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententias sive poenas, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Benedicti praedecessoris Nostri literis aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non civitatis et dioecesis praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus.

Datum Romae die 10. Sept. 1782.

(Bull. r. Continuatio t. VI. p. 540.)

Decret. ejusdem tenoris misit ad Episcopum Ariminensem die 11. Apr. 1783. (Ibid. t. VII. p. 121.)

Pius PP. VII.

V. Fr. Ep. Bergomensis.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Locatelli parochus loci Pontis sancti Petri istius Bergomensis dioecesis, quod cum pluribus abhinc annis inter praedicti loci habitatores nulla suffragante apostolico dispensatione duobus festivis diebus S. Petri apostoli et S. Alexandri invaluerit usus nundinas celebrandi, dictus exponens illorum conscientiae securitati prospicere cupiens nobis humiliter supplicari fecit, ut nundinas praedictas in foro conscientiae permittere dignemur.

Nos praedicti loci personis specialem gratiam facere volentes hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, et si id in Domino expedire censueris, loci praedicti habitatoribus, ut ipsi duobus praefatis diebus festivis nundinas, non tamen tempore divinatorum officiorum ac missae

solemnis et vesperarum, imo officinae tempore hujusmodi claudantur, celebrare libere et licite possint et valeant, sine tamen praejudicio solutionis onerum et gabellarum, auctoritate Nostra apostolica in perpetuum indulgeas atque concedas.

Datum Romae die 26. Mart. 1819.

(Bull. r. Continuatio t. XV. p. 206.)

NUNTIUS.

Quando crux ei est praefenda? vd.: Crux archiepiscopalis.

Non licebit Nuntio, facultates Legati de latere habenti, in Cathedrali sive aliis Ecclesiis archiepiscopali ditioni subjectis ministrare quaecumque Sacramenta ad Archiepiscopum loci Ordinarium spectantia, nisi id vel specialiter et expresse in facultatibus sibi a Sede Apostol. fuerit permissum vel obtinuerit prius ab Archiepiscopo facultatem. *In ducali autem Capella, veluti ab Archiepiscopi jurisdictione exempta, eadem Sacramenta absque ulla licentia ministrare poterit. n. 44 ad 3 die 16. Febr. 1593.*

Potest Nuntius Apostolicus exercere Pontificalia et populum benedicere absque licentia Ordinariorum. n. 1039 die 1. Mart. 1636.

Quo loco sedes Nuntii paranda est, quando Missae etc. assistat? vd.: Sedes Episcopi (forma etc.).

Benedictio Nuntio praesente danda, vd.: Benedictio.

De Caeremoniis inter Governatorem, Vice-Legatum, Episcopum etc., vd.: Praeses.

NUPTIAE.

1) *Benedictionis ritus et tempus.*

Cf.: *Missae vot. pro Sponsis; Sponsi.*

Ad dubium: Quum in nuptiis benedicendis peraro in Bavaria missa pro Sponsis celebrari valeat ac proinde